



**Oratio Novendialis
Pro Sacro Cardinalium Collegio
Romae Congregato in Conclavi
Ad Romanum Pontificem Eligendum
A die XXVI mensis Aprilis usque ad diem V mensis Maii,
anno Salutis MMXXV**

Ad pedes tuos proiectus, O Virgo Dei Mater, Domina Nostra de Guadalupe, te supplico, mater compassiva omnium qui te amant, qui ad te clamant, te quaerunt, omniumque qui in te confidunt. Hoc magnae probationis ac periculi Ecclesiae tempore, pro eadem te obsecro. Sicuti olim in colle Tepeyac, anno millesimo quingentesimo trigesimo primo, Ecclesiae subvenisti, rogo te ut intercedere digneris pro Sacro Cardinalium Collegio Romae congregato ad eligendum Sancti Petri Successorem, Christi Vicarium Ecclesiaeque Vniversalis Pastorem.

Hoc tempore Ecclesiae ac saeculo tumultuoso, Filium tuum divinum supplica, ut Cardinales Sanctae Romanae Ecclesiae, Corporis Eius Mystici, Spiritus Sancti inspirationibus humiliter oboediant. Te intercedente, virum qui vel dignissimum ad officium Christi in terris Vicarii eligant. Una tecum, in Eum qui est adiumentum et salus unica nostra, omnino confido. Amen.

Cor Iesu, salus omnium in Te confidentium, miserere nobis!

Domina Nostra de Guadalupe, Virgo Dei Mater et Mater Divinae Gratiae, ora pro nobis!

Raymundus Leo S.R.E. Cardinalis BVRKE
Die XXIV mensis Aprilis MMXXV